



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

M. Marvli Praefatio in Svum euangelistarium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

# M. MARV

LI PRÆFATIO IN SV-  
um euangelistarium.



VE M AD MODVM  
iter marmora ophites,  
inter gēmas adamas, i  
ter metalla aurū, æsti-  
matiōe p̄tioque p̄stare  
putātur, & sicut sol o-  
mnium siderū fulgen-  
tiss. pulcherrimusq; ha-  
betur: ita supra omnes  
scientias eminet illa, q̄  
ethicē vocāt, q̄a de mo-  
rum vitæq; cultu p̄tra-  
ctat. Cū enim ni hil in  
homine laudabili<sup>9</sup> v-  
zute sit, nihil vitio detestabilius, qd ea doctrina magis  
egregiū magisq; amplectendū videri debet, q̄ hominem  
ip̄m instruit ac erudit, qua ratione & a malitia declinet,  
& studeat, p̄bitat: Sed licet in isto tā p̄claro docendi ḡnē  
multa q̄dem sapienter & acute a philosophis inuenta tra-  
ctataq; ferant, q̄s t̄n̄ tanta desipit temeritate, vt illa cū  
his, q̄ nobis diuinitus tradita sunt, vlla ex parte audeat  
cōferre: Errare vtq; ipsi philosophi potuere, sicuti & er-  
rarunt in plurimis, qm̄ homines erant: deus autē quia so-  
lus consummatissimæ sapientiæ est, falli aut errare  
nullo modo potest. Eius ergo, q̄ nihil est verius, nihil sa-  
pientius, leges p̄ceptaq; vtuendi & nobis suscipienda p̄-  
ponimus, & alios vt suscipiant hortamur. Quibus pro-  
fecto si obtemperare curabimus, non erit ipsa sibi pre-  
tium virtus, vt Stoici dixerunt, sed virtuti merces ac-  
cedet, pro mortalitate immortalitas, pro corruptio-  
ne incorruptio, pro miseria beatitudo, denique deo i-  
p̄so frui licebit, cum dei iussa peregerimus, eiusque per-  
petuo gaudebimus conspectu, qui sua luce omnia illu-

strat, sua sapientia omnia gubernat, sua potentia omnia sustentat. Nihil nobis ad perfectam consummatamque felicitatem deesse poterit, cum ab ipsius maiestate atque gloria, quam eloqui vel excogitare nemo potest, recepti atque assumpti fuerimus. Ut igitur ad tam im-  
mensum & incomprehensibile bonum peruenire tandem valeamus, veteris nouique instrumenti, quorum deus est autor, acta institutionesque perscrutabimur. Tria præcipua sunt, quæ in his obseruanda nobis mandantur: Fides, Spes, Charitas. Eides, ut credamus verissimam esse, quæ Moyses & prophetæ, quæ Christus & apostoli diuino spiritu afflati, locuti sunt. Spes, ut exequendo ea quæ iubentur, illa quæ promissa sunt, accepturos nos minime diffidamus. Charitas, ut nihil agamus, neque dicamus, nisi quod deo gratum & hominibus credimus profuturum. Et quoniam quicquid vel agendum, vel fugiendum præcipitur, ad hæc tria satis commode referrique queat, ex ijs quæ scripturi sumus, alia sub fidei, alia sub spei, alia vero sub charitatis titulo expediemus: nihil omnino asserentes a scripturarum sensu autoritateque alienum. Non erit itaque meum quod docebo, sed diuinum, & de ipso sanctorum voluminum thesauro fideliter sincereque depromptum: ut quicquid dixerò, tam verum sit, quam ipsa veritas. Etenim statui atque decreui, nusquam a lege, nusquam ab euangelio discedere, sed per vtriusque scripturæ spatia discurrendo, quæ magis necessaria nobis videbuntur, passim colligere, & in septem digesta libros quam diligentissime poterò explanare, discereque volentibus offerre. Nihil in his inferetur externum, ne alienis indigere videamur: nostra tantum, quæ nobis in omni disserenda de moribus materia satis abundeque suppetunt, in medium proferentur, nullo exoticici coloris fucolinita, sed sola sui puritate contenta. Porro opus ipsum Euangelistarum nomine consecrabitur, quibus non solum euangelium, sed etiam legis dicta exemplaque continebit. Nam quoties per synecdochen a parte totum designare volumus, ab ea

parte quæ insignior videtur, vocabulum imponi debet  
vnde & puppim pro nauis, & animam pro homine quan-  
doque legimus apud autores. Præstat autem legi euan-  
gelium: quia in lege futurorum signa erant, quæ in euange-  
lio impleta videmus: illic typus & vmbra, hic veritas  
& vmbRARUM caliginē dissipans desiderata lux. Illic p-  
terea per seruos suos nobis locutus est deus, hic per fi-  
lium, & tunc quidem in Adam mortui eramus, nunc  
vuiumus in Christo. Explicata tandem rerum, quas ag-  
gredimur, propositione, inscriptione, & que ratio-  
ne ostensa, reliquum est, vt spiritu san-  
cto aspirante vela pendamus, &  
ab ipsa (quam deo debemus)  
fide, illo bene iuuante  
instituti opus au-  
spicemur. Vt  
tamen  
cuique mox  
constet, quæ mate-  
ria in singulis pertractet li-  
bris, libuit prius indicem libro-  
rum, & eorundem capitum cum titulis  
seriatim subnotare.

PRAEFATIONIS FINIS.